

*Iaderae in Dalmatia (III 2902 servavit Gliubavač). — Apollo Clarius memoratur supra N. 5250.*

**4051** imp. Caes. divi Nervae f. | Nerva Traianus Aug. Germ.<sup>1</sup> | pontifex max., trib. pot., cos. | .. II<sup>2</sup>, p. p., viam necessariam | [s]acris Apollinis Didymei, | [int]uitus et in hoc quoq. | [util]itates Milesiorum, exci[sis] c[on]jollibus completis | vallibus instituit con[[sum]]avit dedicavit per | [Q. Iuli]um<sup>3</sup> Balbum procos<sup>4</sup>, [cura]m agente L. Passerio | [Romu]lo<sup>3</sup> legato pro pr. (*Præcessisse videtur versio Graeca.*)

*Miletii (Kekule act. academ. Berol. 1900 p. 106, qui observavit ex gemello titulo superesse III S. 7150). — 1) A. 98—102. — 2) [I]lli supplet editor, ut titulus sit anni p. Chr. 100 (cf. supra N. 284; consul quartum Traianus fuit anno 101). Numerum tribuniciae potestatis omissum esse appareat. — 3) Nomina suppleta ex III S. 7150. — 4) Consul suffectus fuerat a. 85 (dipl. mil.).*

**4052** sacratissimi | imperatores | Caesares Aurelii | Antóninus et Vetus Aug.<sup>1</sup> Armeniaci Medici Parthici maximi | competit usque quaque corruptum cum statuis principum ibidem abiectis indulgentia sua, marginibus utrinque constructis | lapide silici marmorato | cum omni decore suo ref[e]ctis, splendissimae (*sic*) civitati Gortyniorum ex sacris | pecunis deae Dictynnae<sup>2</sup> | restituerunt, curante | Aelio Apollonio proc. | Augustorum. (*In margine*) dedic. | VI k. | Mai.<sup>3</sup> | Senecione cos.<sup>4</sup>

*Gortyne Cretae (III S. 14120 Mommsen videt ectypum). Ex simili titulo superest fragmentum III S. 45566. — 1) Aug. inter lineas adiectum. — 2) Dictynnam deam Cretensem memorant Aristophanes Ran. 4558; Callimachus hymn. in Dian. 498; Diodor. 5, 76; Pausanias 2, 30, 5; Apul. met. 11, 5, alii; nummi praeterea Traiani tempore cusi, ap. Eckhel 2, 505, *Greek coins in the Brit. Museum, Crete and Aegean islands* p. 5. — 3) Natalis M. Aurelii. — 4) A. 169.*

**4053** [C.] Claudio M. Perpenna cos.<sup>1</sup> mens. Quinc., muste<sup>2</sup> [p]ie: L. Luuceius M. f. leg.<sup>3</sup>, P. Livius M. l. Pal., M. Luuceius M. l. Artemidorus, Q. Hortensius M. l. Archelaos.

*Samothrace sine dubio, quamquam interponitur inter narrationem de monasteriis montis Atho (I 578. III 743 servavit Cyriacus qui descripsit a. 1444). — 1) A. u. e. aut 624 aut 662 (hunc praefert Mommsen). — 2) I. e. μύσται (muste traditur etiam III 744). — 3) Legatus, fortasse populi Romani (una cum homine nobile sacris initios esse libertinos non adeo mirum).*

**4054** mustae pieis, | epoptae<sup>1</sup>: | L. Fourius L. f. Ou[f.] | Crassupes<sup>2</sup>, | P. Teidius P. f. Pom. | ....

*Samothrace (III S. 12518 Mommsen videt ectypum). — 1) Etiam in aliis inscriptionibus ad mysteria Samothracia pertinentibus adsunt epoptae (CIG. 2457: Κυνικηνῶν ἱεροποιοὶ καὶ μυστηροὶ ἐπόπται. Ath. Mitth. 1893 p. 565: Ροδιῶν ἱεροποιοὶ μύσται καὶ [ἐ]πόπται εὐσεβεῖς; ib. p. 567: ἐφόπται εὐσεβεῖς). — 2) M. Fourius Crassipes notus est ex Livo 33, 40 cet., P. Furius Crassipes ex nummis; cf. praeterea Cic. ad fam. 1, 9, 20, 15, 9 cet.*

**4055** ἐπὶ βασιλέως<sup>1</sup> Θα[λασ]σίων[ο]ς [τ]οῦ Θαλασ[σ]ιώνος, Sex. Pompeio et Sex. Appuleio cos.<sup>2</sup> idibus Septembr., mystes prius P. Sextius Lippinus Tarquitianus<sup>3</sup>, q. Macedoni[ae], et symmys[t]ae pii. [E]pop[te]s<sup>4</sup> ...